



5
1115
12

1115

IOANNIS AVRELI
 AVGVRELLI
 P. ARIMINENSIS
 CHRYSOPOEIAE LIBRI
 .III.
 ET GERONTICON
 LIBER
 PRIMVS.



IOANNIS AVRELI AVGVRELLI
AD PETRVM LIPOMANVM
HIERONYMI. F. VENETVM
P. GERONTICON
LIBER PRIMVS.

S Vnt cordi Musæ nobis: sunt Carmina curæ;
Cætera: quæ uacuum tenuissent
Gaudia Mentem:
Omnia nunc semota: Refert hæc una voluptas
Quicquid dulce olim sensu percepimus omni:
His ergo hanc grati secretam ponimus Aram:
Hic Hederæ & Lauri: nec non & amœna Vireta
Apricos inter colles: hic Myrtea Silva:
Et Veneri sacer est Lucus: nec grata Lyeo
Mitis abest pendet quæ spissis Vua racemis.
In primis sternenda mihi est Auro Area multo:
Tum cœptæ è solido surgent Adamante Columnæ:
Queis alte supra impositum consistere tectum
Instituam gemmis ornatum grandibus: atque
Aeternis densi uinctum compagibus æris:
Iam quibus inter se nexis non ulla Vetustas
Offuerit: quanquam ualidis conatibus obster.
Stabant in medio Diuæ: templumq; tenebunt.
His ego dehinc coetu Vatum comitatus honesto
Dona feram: non quæ Vulgo consueuimus illis

Offerre: At rerum prorsus rarissima quæque
Nobilium: quales tantum seponere summi
Electas omni è numero potuere Poetz.
Tuque ades ó Gentis Lipomanæ digna Propago
Et rara Iuuenis virtute ac moribus aucte
Eximiis: summa quæ Cæli sede profecta
Eueniunt: rectaq; solent sub mente reponi:
Tu mihi te uacuum da nunc: & pectore puro.
His Ego te sacris adhiberi: & fungier opto;
Quæ tibi nunc uni Nobis commissa parantur.
Ergo humeris primū Vestē hāc candētibus albam
Induere: & mecum tantis accingere rebus:
Adsistensq; mihi puris è fontibus hauri
Diuinum Laticem: ac manibus cape Lilia plenis:
Collectosq; unā uario de cespite flores.
His demum Late: dum uerba precantia fundo
Ipse hęc Musarum dudum Phœbiq; Sacerdos:
Sparge solum: & suauī completo cuncta Vapore.
Phœbe: nouē circū quē Numina sancta Sororum
Semper habent: Diuisq; Illic Peana Canendo
Aeternam interdum spargunt mortalibus Auram.
Vnde uigens sumit dias in Carmina Vires
Spiritus: & summo deducit ab æthere Vatem;
Ilius huic haustum fas sit sperare precanti:
Qui tibi toto animo primis famulatur ab Annis.
Is tibi candentem Taurum niueamq; Iuuenecam
Constituēt Musis sacrum: Viridemq; quotannis
Appendet templi medio sub culmine Laurum.

A t q; ignem hunc uobis: quo feruens Ara renidet:
E t dabit: & longa lucentem ætate fouebit.
V os rata iam nutu facietis cuncta benigno.
H æc precor: At tu etiam supplex in uota precesq;
O Iuuenis: quem mox Superi ad maiora referunt;
I n sinua temet diuinis: omnia quando
R ite tibi sunt acta: Deus nanq; omine certo
A nnuit: & liquidis fulsere Altaria flammis:.

AD LEONEM, X. PONT. MAX.

ASSENSVS PRIMVS

AD DEVM.

I AM multa mecum conor: & uoluo diu
P romissa si qua parte perfolui queant:
Q uæ sanctæ quondam feceram Pater tibi:
V bi occupatas detinebam paruulo
A ures libello forsitan ineptus tuas:
A rcana quanuis æderem illic Dedalæ
N aturæ: & Artis præpotentis Munera,
A n non inepte facere sum uisus quidem?
C um mira apud te illa fore tum confiderem
V ecors: Videri cui potest mirum Nihil;
H umanitatis cum supragressus modum
H umana pariter cuncta parui feceris
S tatim: nec humile/imum ue cogitaueris
Q uicquam: supremæ Sedis ut adisti gradus:
D iuumq; inisti tantus in terris Vicem.

In promptos saltem affectus: & debita Mentis
Munera descēdens: Lachrymis mox cūcta replebo:
Quo mihi cunq; dabunt sese per carmina Vires:
Ad fixas clavis Plantas: ad Pectus apertum:
Ad Caput impressis confossum sentibus alnum.

L A V S D E O.

Impressit SIMON Luerensis:
Cautumq; est: ne Impressor
alius quisq; Venetiis: atq; in Ditione Veneta usquam
Opus id imprimat: Né ue Mercator ullus ubiuis alibi
Impressum in hisce locis
totum hoc Quinquennium
Vendat.

M. D. XV.

Registrum a b c d e f g h i k l m n o
Omnes sunt Duerni præter o qui est Ternus.

Ex Libris quintisij Romani Kubensis